

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 12. Corpus Christi, factâ consecratione, verè, realiter, &  
substantialiter continetur sub speciebus panis & vini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

<sup>137</sup> Oratione vero, quae in Liturgia Jacobi, Basili, & in Liturgiis Graecorum, Christi verba subsequuntur, non est nisi explicatio hujus mysterii, orationisque, quam Sacerdos, divina verba proferringo, Deoque per illa sacrificando, facere censetur, nec refertur ad tempus subsequens verba Christi, sed ad tempus quo verba Christi profununtur. Nec enim aliam ob causam oratione illa subsequitur verba Salvatoris, nisi quia simul tempore non possumus & Salvatoris verba, & orationem illam profere: idque cogimur alia & alia verba successivè proferre, ut ex Cardinali Bellarione Cardinalis Perronius observat Euchar. Auth. 15.

<sup>138</sup> Vel dic cum Card. Bellarmino l. 4. de Sacram. Euchar. c. 14. oratione illa Graecorum non peti, ut verba sonare videntur, matationem panis in corpus Domini. Quippe que jam facta est. Sed peti confirmationem & stabilitatem rei jam factae. Non quid Sacerdos timeat, ne evanescat munus jam consecratum; sed ut ostendat desiderium suum, & amorem erga presentiam Domini corporis. Similis locutio est Marci 5. ubi mulier quae sanata fuerat per contactum simbriae Domini, Christus ait: Fides tua te salvavit fecit, vade in pace, & ego sanata a plaga tua. Ubi illud, ego sanata, non significat voluntatis sanatoris (namen sana erat); sed idem est, ac si dixisset: placet quod sanata sis, ratum habeo quod factum es. &c.

## CAPUT XII.

Corpus Christi, facta consecratione, vere, realiter, & subtiliter continetur sub speciebus panis & vini.

<sup>139</sup> Est veritas fidei, quam Catholici omnes constanter tenent, & credunt, i<sup>o</sup>. Christum ibi contineri vere, id est non solum in figura, vel signo. 2<sup>o</sup>. realiter, id est non solum objective, per apprehensionem fidei. 3<sup>o</sup>. subtiliter, id est non solum per virtutem & operationem, seu energiam, ut heretici volunt.

<sup>140</sup> Ideo vero Catholici omnes sic firmiter credunt, quia sic Christus in Evangelio testatur, sic Apostolus 1. Cor. 11. sic universalis Ecclesia, Orientalis & Occidental, semper tradidit & credit ab Apostolorum tempore. Sic Graci Latinique Patres omnes, ab exercio nascientis Ecclesiae usque ad tempora nostra tenuerunt, ut videre est apud Bellarminum & Garettum, continuata eorum testimonia, per singula saecula proferentes. Sic denique octo Concilia Generalia declaraverunt, Nicenum I. & II. Ephesinum I. Lateranense II. Vienensem, Constantiensem, Florentinum, & Tridentinum scilicet 13. c. 1. Tamen enim ante tempora Caroli Calvi, Francorum Regis, nullus inventiatur realis hunc in Eucharistia praesentiam in dubium revocasse, idque nullus veretur Patroni contra hunc errorrem repperitus ex profecto disputasse (si forte excipiatur eos qui Christo veritatem carnis, sive Verbo veritatem Incarnationis denegarunt, de quibus S. Ignatius Martyr agit in epist. ad Smirnenos) divina tamen prudencia disposuit, ut in omnibus praefatis Conciliis, etiam in Niceno I. momento hujus veritatis, divinæ erga homines charitatis illustrè extaret testimonium, ut appareret, quam verè Tridentinum scilicet 13. aut caput primum dixerit, eam à se de venerabilis hoc & divino Eucharistia Sacramento doctrinam tradi, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Jesus Christo domino nostro, & ejus Apostolis eruditæ, agnæ a spiritu sancto, illi omnem veritatem in dies fuggerente, edocta, retinuit, & ad finem usque facili conservabit.

Dixi nullum inveniri, ante tempora Caroli Calvi, qui veritatem hanc in dubium revocaverit. Primus enim qui eam in dubium revocasse dicitur, est Joannes Scotus) dictus Erigena, cuius errorem & librum, in Concilio Vercellensi, sub Leone IX. damnatum fuisse attestat Lanfrancus, quemque pluribus alius erroribus ac novitatibus maculatum fuisse demonstrat. Author dissertatiois super Joanne Scoto, apud Arnaldum perpet. fidei defens. l. 12. dissert. 1. Hunc, circa secundum tempus, in eo errore fecutus dicitur Ratramus, ille Bertramus. Quem tamen vir apprimè doctus D. Boileau, Doctor Sorbonicus, & Ecclesia Sensensis Decanus, realem Christi in Eucharistia praesentiam non negat, sed affluisse (post laudatum Arnaldum) oculendit in praesatione Apographi illius Authoris, quem ex Monasterio Lombensi publici juris fecit.

Sed nec Joannes Scotus suum hac de re erroris verbis disertis ac perspicuis, sed obscuris & involutis explicavit.

Primus prouide, qui contra hanc veritatem perspicua erravit, erroreque suum aperto marte disseminavit, fuit Berengarius, Archidiaconus Andegavensis, quies Ecclesia Mattis tunc crumpens, quasi vipercus toros, eius vilceri lacerare conatus, novam saeculo undecimo procedit harcim, affirmante Christi corpus in Eucharistia verè & realiter non continxerit, sed figuratè & metaphorice dumtaxat. Quam haec tametsi ter abjuraverit, tandemque in professione veritatis hujus mysterii anno 1083. nonagenarius obirent, Albigenses, & Wicler tecuti sunt errantem, sed non pœnitentem, ipsiusque tecculo XVI. Zwinglius, Carolistadius, Calvinus, eorumque discipuli se adjunxerunt.

## CAPUT XIII.

Catholica veritas, capite superiori asserta, probatur ex perspicuis verbis Salvatoris, hoc Sacramentum instrumentis.

R EDE Tridentinum cap. 1. supra relato veritate Tridentinum cap. 1. supra relato veritate, utpote qui in institutione hujus Sacramenti, post panis uniuersum benedictionem, se suum corpus illis (discipulis) praeserte, ac suum sanguinem disterit ac perspicuis verbis testatur est, utique Matth. 26. Cenantes eis, accipit Jesus panem, & benedicit, ac friget, ac dicit discipulis suis, & ait: accipite & comedite: HOC EST CORPUS MEUM. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illos, dicens: HIC EST ENIM SANGUIS MEUS, NOVI TESTAMENTI, QUI PRO MULTIS EFFUNDENTUR IN REMISSIONEM PEC-CATORUM. Marci 14. Accepto pane, gratias egit, & benedicit, friget, & dedit eis, dicens: HOC EST CORPUS MEUM. Et accipiens calicem gratias egens, dedit eis, & bibunt ex illo omnes, & ait illis: HIC EST SANGUIS MEUS, NOVI TESTAMENTI, QUI PRO MULTIS EFFUNDENTUR IN REMISSIONEM PEC-CATORUM. LUC 22. Accepto pane, gratias egit, & friget, & dedit eis, dicens: HOC EST CORPUS MEUM, quod pro vobis datur: hoc facite in meum commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenavit, dicens: HIC CALIX NOVUM TESTAMENTUM EST IN MEO SANGUINE, QUI PRO VOBIS FUNDETUR. 1. Cor. 11. Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accipit panem, & gratias agens, friget, ac dicit, accipite, & manducate: HOC EST CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR: hoc facite in meum commemorationem. Similiter & calicem, postquam